Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



EXO

gratiam coram me. Si ergo inuenio
gratiam in conspectu tuo ostende mihi
faciem tuam ut sciam te et inueniam
gratiam in conspectu tuo et aspice
populum tuum hanc. Dixit quoque dominus
facies meae precedent te et requiem dabo
tibi. Et ait moyses. Si non tu ipse
precedes non educas nos de isto loco.
In quo enim scire possumus ego
et populus tuus inuenisse nos gratiam
in conspectu tuo nisi ambulaueris
nobiscum et glorificemur ab omnibus
populis qui habitant super terram. Dixit
quoque dominus ad moysen. Et ego hoc
verbum istud quod locutus es faciam
Inuenisti enim gratiam coram me et
te ipsum noui ex nomine. Iam ait
Ostende mihi gloriam tuam. Et es
pondit. Ego ostendam tibi omne
bonum et vocabo in nomine domini
coram te et miserebor cui voluero
et clemens ero in quem mihi placuerit
Rursum quoque ait. Non potes videre
faciem meam. Non enim videbit
me homo et viuet. Et iterum. Ecce
inquit locus apud me est. Stabis
super petram. Cumque transibit
gloria mea ponam te in foramine
petre et protegam dextera mea do
nec transeam. Tollam que manum
meam et videbis posteriora mea
faciem autem meam videre non po

AC deinceps pride Cteris
ait tibi duas XXXIIII
tabulas ad instar priorum
et scribam super eas verba mea que
habuerunt tabule quas fregisti.
Esto paratus mane ut ascendas
statim in montem syna. stabisque
mecum super vertice montis. nullus
ascendat tecum nec quispiam vi
deatur per totum montem. Oues que
et boues non pascantur contra
montem. Cecidit ergo tabulas duas lapid
eas quales ante fuerant et de nocte
consurgens ascendit in montem
syna. sicut ei preceperat dominus et
portans secum duas tabulas lapi
deas. Cumque descendisset dominus
per nubem. stetit moyses cum eo in
uocans nomen domini. Quo tran
seunte dominus coram eo ait. Do
minator dominus deus meus. mi
sericors et clemens. patiens et multe
misericordie ac uerax. qui custo
dis misericordiam in millibus. q
auferis iniquitatem et scelera atque
peccata. nullusque apud te per se in
nocens est. qui reddis iniquitate
patrum. filius nepotibus que in ter
tiam et quartam progeniem. fes
tinus que moyses curuatus est pro
ut mitram et adorans ait. Si in
uenio gratiam in conspectu tuo do
mine obsecro ut gradiatur nobiscum.
populus enim dure cervicis est et au
feras mi quitatem nostram atque pec
cata nostra possideas. Respondit
dominus. Ego iniuo pactum nobis
cum. in conspectu omnis populi faci
am. que nunquam nata sunt super terra
nec in ullis gentibus. ut cernat
populus iste in quo es medio opus
domini terribile. quod facturus sum
Observa cuncta que hodie man
dam tibi. Ego ipse eiciam ante fa
ciem tuam amorreum et chanan
eum et ethaeum. pherezeum quoque
et eueum et iebuzeum. Cauete ne